Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CAP II.

patientes fraternitatis amatores et
misericordes modesti humiles non
reddentes malum pro malo nec ma
ledictum pro maledicto sed econtra
rio benedicentes quia in hoc vocati es
tis ut benedictionem hereditate possi
deatis. Qui enim vult vitam diligere
et videre dies bonos coherceat lin
guam suam a malo et labia eius ne
loquantur dolum. Declinet autem
a malo et faciat bonum inquirat
pacem et persequatur eam. Quia oculi
domini super iustos et aures eius
in preces eorum. vultus autem domini
super facientes mala. Et quis est qui
vobis nocere si bonemulatores
estis. Sed et si quid patiamini propter
iusticiam beati estis. Timorem
autem eorum ne timueritis ut ne con
turbemini. Dominum autem christum sa
nctificate in cordibus vestris. Paratis
semper ad satisfactionem omni poscenti
vos rationem de ea que in vobis
est fide et spe. sed cum modestia
et timore et conscienciam habentes
bonam ut in eo quod detrahunt
de vobis confundantur qui calumpnian
tur vestram bonam in christo con
versacionem. Melius est enim bene
facientes si velit voluntas dei pa
ti quam mala facientes quia xpistus
semel pro peccatis nostris mortu
us est iustus pro iniustis ut nos
offerret deo mortificatos carne vi
vificatos autem spiritu in quo et his
qui in carcere clausi erant spiritu
adveniens predicavit et qui ante
diluvium fuerant aliquando quando exspe
tabant dei patienciam in diebus
noe cum fabricaretur archa in qua
pauci id est octo anime salve facte
sunt per aquam. Quod et vos nunc
similis forme salvos facit baptis
mus non carnis depositio sordium sed con
scienciae bone interrogatio in deum
per resurrectionem domini nostri ihesu xpi
qui est in dexteram dei patris des
cendens in celum ut iuste efficiamur heredes
sibi angelis et potestatibus et virtutib;
po igitur IIII
passo in carne et nos eadem
cogitacione armamini quia qui
passus est in carne desinit a peccatis
ut iam non hominum desideriis sed vo
luntati dei quod reliquum est in carne
iam vivat tempore. Sufficit in
preterito tempus ad voluntatem
gentium consumandam qui ambu
laverunt in luxuriis desideriis in
volentiis comessationibus potacio
nibus et illicitis idolorum cultibus in
quibus nunc obstupescunt in quo ad
miranter non concurrentibus vobis
in eandem luxurie confusionem et
blasphemantes qui reddent rationem
ei qui paratus est iudicare vivos et
mortuos. Propter hoc enim et mortuis
evangelizatum est ut iudicentur
quidem secundum homines in car
ne vivant autem secundum deum in
spiritu omnium autem finis appro
quabit. Estote itaque prudentes sobri
et vigilate in orationibus ante